

niret. Nos igitur attendentes, quod predictorum articulo- rum assertio, predicatio, & doctrina redundare pote- rant in multarum perniciem animarum: ipsos per Praelatos Magistros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis Fratribus nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem, & examinationem super his habitas, compe- rimus praemissos articulos doctrinam non sanam, sed peri- culosam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos idem Magister Joannes, veris sibi rationibus opinionio dudum suae habite contrariis demonstratis, in Consistorio revocavit; asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, & di- cens se necesse rationibus sibi factis in contrarium respon- dere. Ideoque ne per assertionem, predicationem, & doctrinam huiusmodi in errorem (quod abest) animae sim- plicium prolabantur, omnes articulos, & quemlibet eorum tanquam falsos & erroneos, & a doctrina sacra devios au- thoritate Apostolica condemnamus & reprobamus de Fra- trum nostrorum consilio predictorum, doctrinam contrariam veram, & contrarium esse Catholicum asserentes: scilicet, quod illi, qui predictis Fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio Sacerdoti, juxta Concilium Generale h: optantemque veritatis vias notas esse Fidelibus cunctis, & praedictis erroribus pracludere aditum, ne subintrent errores, scilicet recordationis Ale- xandri IV. & Clementis IV. Romanorum Pontificum praede- cessorum nostrorum vestigiis inhiibemus, ne quilibet articulos per nos, ut praemittitur, damnatos, & reprobatos & contenta in eis, vel aliquo ipsorum, utpote a Catho- licis mentibus repudianda, tenere audeat, seu defendere quo- modolibet, vel docere. Quocirca univeritati vestrae per Apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus uni- versis & singulis vestrum in civitatibus & dioec. vestris con- vocato Clero & populo communiter omnia praemissa & singula per vos seu alios solenniter publicetis. Nos etiam eidem Magistro Joanni mandamus, quod in scholis & sermone Pa- ritalibus praedictos articulos, & contenta in eis tanquam veri- tati contrariae propriae vocis oraculo, asseveratione constanti publice debeat revocare. Quod factum dicitur Magister Joannes efficaciter reprobavit. Datum Avinion. viii. Kalend. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Id est Con- cilio Gene- rali Lateran. sub Inno. III. c. 21. Et re- fertur in c. Omnis, de punit. & re- missi.

Super hac Constitutione vide omnino Consilium Lapi incip. Factum super quo. Id Con- silium nunc circumfertur post Consilia Oldradi. Ad de Eymeri- cum in Dire- ctorio Inqui- sit. par. 3. q. 26.

III. I D E M. [c. an. 1327. Avenioni.]

Inquisitores haereticarum pravitatis in Regno Siciliae auctoritate Apostolica deputatus, frivola occasione quaesita, ac nostra & Apostolica Sedis reverentia & honore postpositis, in di- lectum filium G. de Baleto, Archidiaconum Foroliviensem, Capellanum nostrum, Campaniae Maritimaeque Rectorem excommunicationis sententiam, inconfutis motibus, non sine multa temeritate duxerit profertendam: Nos volentes de cetero talium presumptoribus obviare; universis & sin- gulis, tam Ordinariis, quam Delegatis Judicibus, & In- quisitoribus pravitatis ejusdem, & aliis universis & sin- gulis, quacumque auctoritate fungantur, auctoritate Apo- stolica districtius inhiibemus, & mandamus expressis, ne con- tra nostros & Apostolica Sedis Officiales, vel Nuncios, aut ipsorum aliquem, quavis occasione vel causa, absque no- stra & Apostolica Sedis licentia speciali eis per Sedis ipsius literas concedenda, plenam faciente de tenore praesentium mentionem, procedere quoquo modo praesument; aut in eos, vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspen- sionis, seu quavis alias sententias promulgare. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane quicquid contra inhi- bitionem & mandatum huiusmodi contigerit attentari. Vo- lumus tamen, quod Dioecetani, & Inquisitores praedicti super his, quae negotium tangunt Fidei: alii vero super his quae rem tangunt vel publicam, vel privatam, sive Ordi- narij, sive Delegati, quacumque auctoritate fuerint, prout possent ad eorum officium pertinere, si quid per Officiales & Nuncios ipsos indebitè forsan attentatum extiterit, se plenè informare, idque nobis significare studeant, ut providere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Avinion. xii. Kalend. Januarii, Pon- tificatus nostri anno undecimo.

DE SCHISMATICIS.

TITULUS IV. I. BENEDICTUS XI. [c. an. 1304.]

Processus & sententias latas per Bonifacium VIII. contra Jacobum & Petrum de Columna, tanquam Schismaticos, & eorum posteros, revocavit hic Benedictus XI. exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat. Et

fic, ut clarè patet, hac Extravagans corrigit, & prorsus revocat caput unicum eod. tit. lib. 6.

U D U M bonae memoriae Bonifacius Papa VIII. praede- cessor noster, contra Jacobum, Petrum & Joan- nem de Sancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum & Jacobum Scyarram Nepotes memorati Ja- cobi, & Filios olim Joan. de Columna, & posteritatem eor- um; necnon contra Richardum, Pet. & Joan. de monte Nigro, ac adjuutores, fautores, & receptatores eorum, cu- juscunque status, etiam Imperialis, vel Regali dignitate fulgerent, contra ipsam insuper Praefeste, dum vixit, va- rios fecit processus, sententias graves penas habentes & multas, prout in ejusdem processibus continetur: ex qui- bus sic pauca ex multis & prolixis breviter exprimus, quod intelligi volumus specialiter singulas numeratas, & nomina- tim expressas. Inter cetera liquidem deposuit dictos Jaco. & Pet. a Cardinalatibus sanctae Rom. Eccle. reddens eos & filios dicti Jaco. & posteritatem eorum inhabiles ad Apo- stolice dignitatis apicem, & Cardinalatum honorem: ipsos eisdemque Jaco. & Ottonem, & Richardum Beneficiis Ec- clesiasticis, & Ecclesiis cunctis privavit, eosque & Agapi- tum, Stephanum & Scyarram predictos bannivit ab urbe; & ita Ecclesiae praedictae ipsorum consociavit bona & jura, plurimum excommunicationum sententias innovavit, addidit infamiae, capiendos exposuit, judicavit schismaticos, & tanquam hereticos puniendos: ab administrationibus & officiis, jurisdictionibus, exercitio & dignitatibus in urbe & circa in Rom. Ecclesi. & curia, ac ipsorum posteros per- petuo & in terris Rom. Ecclesi. usque in quartam genera- tionem, per masculinum & femininum sexum coërcuit: eis incolatum, civilitatem & habitationem urbis circum- positae regionis & terrarum subjectarum Ecclesiae interdixit, & inteltables fecit. Nos itaque, qui ejus vires in terris gerimus, cujus est proprium miseri & parcere, eorum miseris & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commovemur, ipsis pietatis nostrae aperimus viscera, & mansuetudinem non negamus: misericordes ab eis non avertimus oculos, illisque piam animam exhibemus. Ideoque omnes praedictas depositionis a Cardinalatibus, priva- tionis a Beneficiis & Ecclesiis, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum, & jurium quae certis nobilibus Romanis civibus, & aliis concessa sunt (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutatum ad praesens) sententias, penas & multas, & alias, quae in processibus memo- ratis sive alibi continentur: verbo etiam in vita ipsius, vel in morte in eos latas & inflictas, seu confirmatas & inno- vatas per Praedecepsorem eundem, sicut si, ut praedictum, essent per nos specialiter numeratae, & nominatim expresse tam ad praedictos Jaco. & fil. dicti Joan. de Col. masculi- nam & femininam prolem eorundem Joan. & filiorum, & per utrumque sexum posteritatem descendentem ab eis Petro & Richardo, & Joanne de Monte Nigro praefatos, quam ad coadjutores, fautores, receptatores, susceptoros, & sequaces eorum quoslibet alios, penitus tollimus & viribus vacuumus. Ita, quod nec etiam pro praeterito tempore possint super eis aliqua persona impedi, quae incurrerint eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Estque quod quaesivimus alia quam praefatarum depositionis a Cardina- latibus, privationis Beneficiorum & Ecclesiarum, confisca- tionis bonorum & jurium, quae, ut praemittitur, dictis ci- vibus, seu aliis sunt concessa, & inhabilitatis ad Papatum sententia, sive poena abtulit, & reddimus. Et irregularita- tem, si quam quoquo modo contraxerint, removemus, & notam abolemus ipsius: Inhiibentes ne jam dicta Prae- feste cum monte suo readificetur, vel muniatur; aut ci- vilitatis nomen, sive Episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali: non obstantibus quibuscumque constitu- tionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, privile- giis, indulgentiis, & literis Apostolicis, per quae presen- tibus non expressa, vel totaliter non inserta, earum effec- tus possit quomodolibet impedi; & de quibus quorum- que totis tenoribus, de verbo ad verbum debeat in nostris literis fieri mentio specialis.

PITH. Dicitur bona memoriae. Vide cap. 1. de Schismat. in Sexto.

DE FURTIS.

TITULUS V. I. JOANNES XXII. [c. an. 1316. Avenioni.]

Publicatio excommunicationis lata in eos qui furati sunt thesaurum Ecclesiae, quem jubente Clemente Papa, de Persio in Lucanam civitatem tres viri hic nominati de- portaverant. Et hic habetur optima praedicta momenti malefactores, ut intra certum terminum satisficerent, alias excommunicationem incurrant: Et modum ipsius excommunicationis publicanda hac Extravagans clarè manifestat.

INFIDELIS & stolidae praedicationis alumni se per cul- pa vitium indignos efficiunt, ut matris Ecclesiae filii nun- cupentur, dum ad ipsius matris injuriam se convertunt, quod gravi nos commotione perturbat) matris ejusdem

pietatem offendunt, & his in perniciem miserabili cecitate dilapsis, respergunt infamiae maculis loca propriae nationis. Dudum liquidem nonnulli degeneres filii, qui ad quae- que nefaria currere sunt ausi, perveris ausibus in matris ejusdem proficientes injuriam & offensam, illam thesauri sui maximam partem, quae de Persio ad civitatem Luca- nam, de mandato felicis recordationis Domini Clementis Papae V. praedecepsoris nostri, dum adhuc viveret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate Clericum Burdigalen. dioec. & Gul. de Luna Servientem praedecepsoris ejusdem, & de praefata Sacristia per violentiam asportarunt. Nos igitur ad recuperationem thesauri praedicti sollicitis studiis praetendentes, omnes & singulos asportantes thesaurum praedictum, & alios, penes quos aliqua de thesauro fue- rint, vel adhuc existunt, auctoritate Apostolica coram hac Fidelium multitudine copiosam monemus, ut ea nobis aut ei, quem ad id duximus deputandum, intra quatuor men- surum spatium a die datae publicationis praesentium nume- randum cum integritate restituant, & assignent; ac omnes & singulos scientes, ubi, vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint, vel existant, ut intra terminum supra- dictum, aut ipsi deputato nostro indicare studeant: alio- quin in omnes & singulos monitionis huiusmodi contemp- tores, cuiuscunque dignitatis, status, vel conditionis extiterint, etiam Patriarchali vel superiori, aut alia qua- cumque praereminant Dignitate, ex nunc auctoritate praedictae excommunicationis sententiam promulgamus: Man- dantes illos per Dioecetanos locorum & Rectores Parochia- rum Ecclesiarum civitatum & dioecesium earundem, singu- lis diebus Dominicis & Festivis pulsatis campanis, & can- delis extinctis, excommunicatos publice nunciari; proces- suri ad graviora nihilominus contra eos, necnon & contra Civitates, Communitates, Universitates, & singulares per- sonas quacumque, quae fuissent in praemissis culpabiles, sicut praeterea ipsorum exegerit, & videmus expedire: Non obstante, si eis, aut eorum aliquibus vel alicui, sub quacumque forma vel conceptione verborum, a Sede Apo- stolica fit indultum, quod excommunicari non possint: per Literas Sedis ejusdem non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam effectus praesentium impedi possit, vel quomodolibet retardari. Ut autem huius- modi nostra monitio verius ad communem omnium noti- tiam deducatur, chartas sive membranas monitionem continentes eandem, in Ecclesia Avinion. appendi, vel affigi ostis, seu superliminaribus ejusdem Ecclesiae faciemus, quae monitionem ipsam suo quasi sonoro praecoquio & patulo indicio publicabunt: ita quod omnes & singuli, quos moni- tio ipsa contingit, vel contingere potest, nullam postea possint exculpationem praetendere, quod ad eos talis moni- tio non pervenerit, vel quod ignoraverint eandem: cum non sit verisimile remanere, quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avinion. 11. Kal. Aprilis, Pont. nostri anno primo.

DE CRIMINE FALSI.

TITULUS VI. I. JOANNES XXII. [c. an. 1317. Avenioni.]

Alchimia hic prohibetur, & puniuntur facientes & fieri procurantes: quoniam tantam de vero auro & argento debent inferre in publicum, ut pauperibus erogetur, quantum de falso & adulterino possuerunt. Et si eorum facultates non sufficiant, poena per iudicis discretionem in aliam commutabitur, & infames fiant. Et si sint Clerici, Beneficiis habitis privantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide Extravagantem ejusdem Joan. quae incipit, Providens, & est sub eodem titulo collocata.

Vide B. Tho. 2. 2. q. 7. ar. 2. ad 1. arg. & ibi Caietanum Oldradum, Consil. 74. incip. An Alchimista peccet, & late Chastellanum in Catalogo gloria mundi. par. 11. confu- deratione 40.

S P O N D E N T m quas non exhibent divitias, pauperes Alchimistae: pariter, qui se sapientes existimant, in foveam incidunt, quae fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchimiae alicuius professorum iudicant, cum suae ignorantiae consilium, eos, qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint, admirantur: quibus cum veritas quaesita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt; iidemque verbis dissimulant fallitatem, ut tandem, quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum Sophistica transmutatione contingant; eoque interitum eorum temeritas damnata & dampnanda progreditur, ut fidei metallis eundem publicae monete characteres fictis occultis, & non aliis Alchimicum fornacis ignem volentes ignoran- tem eludant. Haec itaque perpetuis vultus exulare tem- poribus, hac edictis constitutione sancimus, ut quicum- que

que huiusmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri secuto facto mandaverint, vel ad hoc scienter (dum id fieret) facientibus ministraverint, aut scienter vel auro vel argento usi fuerint vendendo vel dando in solum: verum tanti ponderis aurum vel argentum poenae nomine inferre cogantur in publicum, pauperibus erogandum, quanti Al- chimicum existat: circa quod eos aliquo praedictorum mo- dorum legitime constiterit deliquisse: facientibus nihilo- minus aurum vel argentum Alchimicum aut ipso, ut praemittitur, scienter utentibus perpetuae infamiae nota resperdit. Quod si ad praefatam poenam pecuniariam exol- vendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio iudicis poenam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram, juxta qualitatem negotii, personarum differentiam, aliaque attendendo circumstan- tias) commutare. Illos vero, qui in tanta ignorantiam infelicitatis proruperint, ut nedum nummos vendant, sed naturalia Juris praeccepta contemnant, artis excedant me- tas, legumque violent interdita, scienter videlicet adul- terinam ex auro & argento Alchimico cudendo seu fun- dendo, cudi seu fundi faciendone monetam; hac animadver- sione percelli jubemus, ut ipsorum bona deferantur car- ceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si Clerici fuerint delinquentes, ipsi ultra praedictas penas, preventur Bene- ficiis habitis, & prorsus reddantur inhabiles ad habenda.

DE PRIVILEGIIS.

I. BENEDICTUS XI. [c. an. 1304.]

Hac Extravagans dat Praedicatoribus & Minoribus pri- vilegia plurima circa tria; videlicet circa praedicationes, confessionum audiciones, & sepultura. De secundo in §. Sed multos. De tertio in §. Porro. Et licet sit revocata per Cle. ij. de Sepul. multa tamen nota digna in ea reperitur, quae non sunt retractata. Et potuisset non inepte poni sub tit. de Sepult. Sed non est inconveniens idem c. diversis respectibus sub variis collocari titulis, ut patet in c. Significantibus, extra, de lib. ob. & de ap.

I N T E R cunctas sollicitudines nostras, quibus nos Pastoralis premit officium, & debitum Apostolicae ser- vitudinis adtingit, illa debet esse praecipua, ut gregi Dominico nobis superna dispositione commisso, animarum cura non desit, ne illum lupus rapax antiquus serpens hu- mani generis inimicus invadat, eique sanguis de nostris (quod abest) clamante Propheta, manibus requiratur. De- bemus insuper, quantum ex alto permittitur, pacem inferre, removere scandala, jurgiorum amputare materiam, & intelligere super egenum & pauperem: quia non in finem oblivio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem. Sanè dudum bonae memoriae Bonifacius Papa VIII. praedecepsor noster quandam specialem inter Praelatos, Re- ctores, seu Sacerdotes & Clericos Parochialium Ecclesiarum ex parte una; & Praedicatorum ac Minorum Ordinum Fratres ex altera, super faciendam praedicationem, au- diendam confessionum per eisdem Fratres, qui ad hoc deputati fuerint in Ecclesiis ac locis ipsorum, quae in praesentium habent, & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus seu publicis liberè absque Dioecesanorum, & aliorum Praelatorum petita licentia, valeant Clero & po- pulo predicare, eique proponere verbum Dei. Caveant tamen ne horà, in qua Dioecetani praedicti praedicarent, vel coram se facerent praedicari, praedicti iidem Fratres: putamus etenim dignum, ut majori minor, & superiori inferior deferat in hac parte; nisi forsan aliud circa hoc facerent de voluntate Dioecesanorum ipsorum, aut in stu- diis generalibus praedicerent diebus illis duntaxat, quibus sermones ad Clerum fieri solent, & solenniter praedici, seu mortuorum funeribus, vel eorumdem Fratrum festis spe- cialibus seu peculiaribus; quia in his casibus cum Dioecetani in praedicatione concurrere poterunt. Ubi vero iidem Dioe- cetani vocarent generaliter ad se Clerum aliqua ratione, vel ur- gente causa illum ducerent congregandum, ea horà in studiis memoratis diebus, praedicti Fratres ab huiusmodi praedica- tione cessabunt. In Ecclesiis autem Parochialibus Fratres ipsi,

Vide Extra- vagantem Sixti IV. inci. Vices illi. de treuga & pace: inter Communes.

Pfal. 40.